



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Vniversis Principibvs Alamanniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

Tibi etiam Domino meo Innocentio Papæ & successoribus tuis omnem obedientiam & honorificentiam exhibebo quam devoti & catholici Imperatores consueverunt sedi apostolicae exhibere. Stabo etiam ad consilium & arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis, & exhibendis & de negotio societatis Tusciae ac Lombardiae. Similiter etiam consilio tuo & mandato parcebo de pace vel concordia facienda inter me & Philippum Regem Francorum. Et si propter negotium meum Romanam Ecclesiam oportuerit incurrire guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero prædicta tam jumento quam scripto firmabo cum imperij fuerro coronam adeptus. Actum Nuxie in Coloniensi dioecesi anno incarnationis verbi M CCI. VI. Idus Iunij, in praesentia Philippi Notarij, Egidij Acolyti, & Riccardi Icriptoris præfati Domini Papæ.

## COLONIENSI ARCHIEPISCOPO.

*Epiſt. 78.  
Vide ſuprā  
epiſt. 75 76.  
& inſra epiſt.  
73.*

Contumaciam Iohannis Archiepiscopi Trevirensis esse tibi credimus per ejus opera manifestam, qui propè positus jugiter intueris quod idem Iohannes judicium Dei & Ecclesiæ non formidans, in contemptum apostolicae sedis statuta noſtra rebellione damnabili nititur impedire. Expectabamus enim haec tenus exstantes ut rediret ad cor & ſecum pariter cogitaret quam graviter in transgressione juramenti, quod nobis corporaliter præstitit, & oculos divinæ majestatis offendit, & laſerit famam ſuam; ſed, ut manifeſtè videmus & rerum experimenta declarant, non ſolum excommunicationis ſententiam, qua tenetur, contumaciter vilipendit, ſed inebratus calice iræ Dei, quod dolentes dicimus, ſe in laqueum desperationis mittens, cum burgenſibus civitatis & quibusdam Clericorum & ministerialium Trevirensis Ecclesiæ in noſtram injuriam conjuravit, prævaricationem prævaricationi nequiter addens, ut fit peccans peccatum ipsius, & exiſtens in ſordibus fordeſcat adhuc, donec de medio fiat juxta fuorū exigentiam meritorum. Quia igitur in derogatione noſtra tibi non eſt dubium derogari, fraternitati tuae per apostolica ſcripta mandamus quatenus ad spiritualia Trevirensis Ecclesiæ, qua in terra temporali tibi jurisdictione ſubjecta conſiftunt, tamdiu noſtra fretus auctoritate appellatione remota manus extendas, & de ipsis utiliter ordines & diſponas, donec Trevirenses nobis rebelles extiterint & ab Ecclesiæ gremio permanferint feſteſtri; proviſurus attentiū ut in eos tamquam inimicos Ecclesiæ ac imperij, ſedis apostolice matris tuae, ſicut devotus filius, injurias perſequaris. Nos enim, niſi ad mandatum Ecclesiæ cum ſatisfactione debita revertantur, in eos manus noſtras curabimus aggravare, & merito [poterunt] formidare ne ſub jugo quod de collo Trevirensis Ecclesiæ miſericorditer aliquando ſedis apostolicae manus exuſſit, eam ſicut ingratam reducamus in proximo, ſpoliantes eam metropolitica dignitate, ac reſtituentes eam Ecclesiæ cujus fuit. Datum Late- rani xii. Kal. Decembris.

UNIVERSIS PRINCIPIBVS  
Alamannia.

*S*icut creator rerum & cordium Iesu Christus, Epif. 79. cui nihil penitus eſt occulum, immo qui omnia novit antequam ſiant, ſicut noſtri animi puritatē, & conſientia nobis eſt testis quod ſuper negotio imperij purè processimus, nec in aliquo vel imperiali magnificenția vel noſtræ derogare voluimus dignitati. Novimus enim quod imperium à Græcia in Germaniam per Romanam Ecclesiam pro ſua fuerit defenſione tranſlatum; & ideo tanto amplius ad eum exaltationem intendimus quanto in eo Eccleſiam credimus potius exaltari, cum ſciamus quod frequenter gladius spiritualis contemnit ſi materiali gladio non juvatur. Novimus etiam quod multarum hærefum pravitates contra fidem catholicam ſe extollunt, & vulpes que in foveis ſuis ſuas conſueverant latebras confor- vere, in aperto jam vineam Domini Sabaoth demoliri nituntur, & non Philistinorum melleſ ſed noſtras caudis colligatis ad invicem devaſta- re. Vnde tanto ardentiū pacem affectamus imperij & optamus unitatem ipsius quanto per diſſenſionem vestrā diutiū hujuſmodi vul- pium captura diſſertur, & tantæ non tam in- juriæ quam jaſtura ultio prolongatur. Verū dolemus non modicū & movemur quod littore noſtræ, per quas vobis pleniū noſtræ men- tis ſinceritas patuiſſet, quorundam aſtria ſup- primuntur, & quod aliqui Ecclesiæ ac imperij concordiam odientes, ſcripta noſtra ſinistra in- terpretatione pervertunt; non attendentibus vobis quod eorum eſt quod malè recitant, & non noſtrum. Sanè ad vestrā potuit audi- tiam ſaltem per famam publicam pervenire qua- liter poſt expectationem diutinam priuī vos ad concordiam euaverimus invitare, qualiter ſe- cundō consilium noſtrum fideliter vobis duixerimus exponendum, & ſtuduerimus vos ſuper hiſ diligenter inſtruere qua negotio congruere vi- debantur. Ceterum cum nec per coſmonitionem nec consilium aut inſtructionem in aliquo nos proficeret viſiſſemus, nolemente ulteriū ſuſtinere jaſtura Ecclesiæ, cum duobus ſimil non poſſemus favere ad imperium pariter obti- nendum, & alter de electis vestrī propter ex- communicationem publicam & perſecutionem vulgatam quam progenitores ejus & ipſe in apostolicanam ſedem & Ecclesiæ non dubitave- rant exercere, propter inſolentiam etiam quam exerceuerunt in Principes & alios ſibi ſubjectos, & ne libertas Princepium in Imperatoris elec- tionē vilesceret ſi non per electionem ſed ſucceſſionem in filios transferri à patribus & in fra- tres à fratribus imperium videretur, & propter alias pluri-ias rationes non ſit idoneus ut imperium debeat obtinere, in reliquum nos oportuit conſentire, cum à quibusdam vestrū electus ubi debuit & à quo debuit fuerit coro- natus, nec aliquid in perfonam obiceretur ip- ſius per quod eſſet merito reprobanda. Quia vero nec adhuc pax eſt imperio reſtituta, immo nunc etiam ex diſſenſione vestrā laſunt pau- peres & Ecclesiæ confunduntur, volentes hiſ malis quantum honeſtē poſſimus obviare,

universitatem vestram monemus & exhortamur attentiūs & per apostolica scripta mandamus quatenus à festo resurrectionis dominice nunc primum venturo usque ad annum treugas ad invicem ineatis, medio tempore de concordia petrastantes, &, si necesse fuerit, ad Romanam recurrentes Ecclesiam; quæ cùm singulis vestrum in negotio singulari adesse desideret & prodesse, in hoc negotio, quod est vobis & ipsi commune, tanto libentius vobis communiter aderit, quanto in pace imperij tranquillitatem quoque suam efficacius procurabit. Datum Laterani.

## COLONIENSI ARCHIEPISCOPO.

Epist. 80.

**L**icet de fraternitate tua diversi nobis per litteras & nuntios diversa saepe significaverint & adversa, quia tamen ex divinæ paginae didicimus lectione quod non omni spiritui est credendum, cùm angelus Sathanæ se interdum in lucis angelum transfigureret, non potuimus, sicut non debuimus, quicquam de te suspicari finistri, cùm fidem & devotionem tuam, constantiam & fortitudinem in multis fuerimus jam experti. Nam quis crederet sanæ mentis quod occasione contrahendæ affinitatis vel obligacionis cuiuslibet eum defteres & abiceres quem creaisti, & illi adhæreres pariter & faveres qui in Coloniensis Ecclesiæ ac tua personæ contemptum, ad quam specialiter inter reliquos Principes electio Regis spectat, per intrusio- nis vitium nomen sibi regium usurpatum, & in majus tui honoris dispendium & persona despctum, cùm tu solummodo Reges in Imperatores electos coronare debeas ex antiqua Coloniensis Ecclesiæ dignitate, per Tarantasiensem Archiepiscopum imponi sibi fecit regium dia dema? Quis etiam crederet, cùm haec tenus pondus diei portatis & astutis, quod nunc labores & expensas velis amittere quas pro defensione carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Otttonis in Romanorum Imperatorem electi & juris Coloniensis Ecclesiæ immo verius tui facti subisti? Quis crederet ut cùm apostolice sedis gratiam obtineas & favorem, & de Imperatore futuro & presumere valeas & sperares, ipso turpiter detrecto, illi turpius immo etiam pernicioius adhæreres cuius progenitores ferè semper Coloniensem fuerunt Ecclesiam perfecuti, siue nostram indignationem incurres, nec de alio, si in Imperatorem promoveretur, forsitan aliqua posses ratione sperare? Quis presumueret ut cùm pro tuenda Coloniensis Ecclesiæ dignitate ea feceris haec tenus ad quod nullus prædecessorum tuorum ausus fuerat aspirare, quod nunc maculam in gloria tua poneres, & retro respiceres, & opus manuum tuarum velles tam leviter abolere? Quis presumueret quod contra devotionem & obedientiam apostolicæ sedis, Coloniensis Ecclesiæ dignitatem pariter & honorem, fidelitatem & juramenta quæ prædicto Regi sepius præstasti, tanq; leviter desisteres ab incepto, & contra factum proprium qualibet facilitate venires? Ad hoc quidem nec inducere illud deber quod à quibusdam maliloquis in dispendium tua famæ configitur, videlicet quod labores & expensas hujusmodi

solus nequeas tolerare, cùm pro tuenda Coloniensis Ecclesiæ dignitate non solum terrenam erogare substantiam, sed animam etiam pone re tenearis. Præterea cùm Ecclesia Romana tuum in hac parte judicum sit secuta, licet illud suum fecerit approbando, tibi est summi pere præcavendum né si aliquid egeris per quod intelligat se delusam, illusionem hujusmodi non possit nec debeat equanimiter sustinere. Noste quoque te creditus sicut virum providum & discretum quod frustra formaretur concordia inter hominem & serpentem, cùm malè remuneret suos hospites serpens in gremio enutritus, nec sit facile nova in corde veteri meditari. Manet enim apud nobilem virum Philippum Ducem Sueviae alta mente reposum qualiter quasi solus impediens promotionem ipsius & ipsum coegeris thesaurorum suorum copias in vacuum exhaustire, ac sua ipsum haec tenus intentione frustraveris. Vnde licet forsan ex parte impedimenti materiam tolleres, quia tamen nec de ipsius pectore præcedentis repulsa, quam valde injuriosam reputat, nec tanta moræ memoriam aboleres, nec posses erogatam pecuniā restaurare, ipse sibi nec de domino nec de injurya crederet satisfactum, sed in te potius quicquid amo ipsi finistri continget vel contigit haec tenus terorqueret; & quamvis va scia iracundia tua in te forsan effundere non valerer, indignum tamen semper sui favoris gratia reputaret. Quia ergo plenè de prud entia tua & discretione confidimus, & tam de constantia quam fidelitate speramus, nihil tale de te penitus suspicantes, fraternitatem tuam monemus & exhortamur attentiūs & per apostolica scripta sub obtentu gratia nostræ distri ctæ præcipiendo mandamus quatenus in tua mentis proposito perseverans, ad promotionem Regis ipsius potenter intendas, nec patiaris plantam quam tu ipse plantasti per humoris defectum arescere, quam vales, si velis, uberioris irrigare. Novimus enim quod tanta prudentia & potentia tuae fraternitatis existit ut cum favore nostro, qui à multis sollicitudinibus expediti, expeditius & melius promotioni ejusdem Regis intendere jam valemus, quod feliciter incepisti, si plenè velis, possis felicius consummare. Sanè nos te volumus quod damnata memoria Marcwaldus, qui nos magis fraudibus quam viribus molestabat, Conradus Dux olim Spoleti, qui ut in locum ejus succederet in Siciliam accedebat, Otto de Barenste, qui sanctæ memorie Leodiensem Episcopum interfecit, & frater ipsius, dextera Domini faciente vittutem, miserabiliter expirarunt. Vnde cùm in eorum decessu pars ipsorum sit penè penitus annulata, pro parte majori à sollicitudinibus regni Sicilia liberata, super negotio imperij plenius intenderemus. Nam etiam carissimo in Christo filio nostro Frederico illustri Regi Sicilia foror carissimi in Christo filij nostri illistris Regis Aragonum est de mandato nostro & assensu suorum familiarium despontata; & nuntij sunt missi solemnes, qui non solum eam sed & matrem deducant, ut ipsa puerum nutriat & puel lam. Ceterum tua fraternitas non ignorat quod cùm multi Archiepiscoporum & Episcoporum

Vide lib. 1.  
epist. 88. &  
gefa Innoc.  
III. cap. 5.

Vide infra epist.  
111. & lib. 5.  
epist. 50. &  
lib. 11. epist.  
4. 5.

ZZZ ij

Tom. I.